

V C  
3443



22



Qd. 31,45.

V c  
3443

# Carmen votivum

*Serenissimo atq; Potentissimo Principi, Domino,  
Domino*

# JOHANNI

# GEORGIO,

# Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae &

# Montium: S. Rom. Imp. Archimarschallo ac

# Electori: Landgravio Thuringiae, Marchioni Misniae: Burg-

# gravio Magdeburgico, Comiti de Marca & Ravensburg,

# Domino in Ravenstein &c. Domino suo Cle-

# mentissimo.

*Kal. Aug. Anno his verbis incluso:*

I.

*Plè, tristitia Vestra ConVertet Vr In gaVDIVM.*

II.

*plè ita sentio:*

*AVDentes fors Vera IV Vat, peLLItqVe tIMentes.*

humillimè oblatum

à

# GEORGIO NIGRINO Lytho-

# myslano Boh. SS. Theol. Cultore.

LIPSIÆ,

JOHANNES-ALBERTUS MINZELIUS

imprimebat.

1631.



SCOPVS VITÆ MEÆ CHRISTVS



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



*Arma, vetustatemq; venustatemq; Potentum  
SAXONIÆ, ad vivum pingere nemo potest.*

*Fingere mente potest: nam Rota, Trophæa, Tubæq;  
Æterni ostendunt nominis esse Domum.*



*Agnus erat priscis Romanus Cur-*  
*tius, annis;*

*Defendens Patriam, dexteritate*  
*suam.:*

*Magnus erat Grachus, Cæsar quoq̃*  
*Julius, olim (pia.*

*Grata quies umbra, laude, nitore,*

*Magnus erat pulcræ Defensor Scævola Romæ*

*MAGNVS ALEXANDER, magnus in ORBE fuit.*

*Magnus erat David; verus Defensor amatæ*

*Gentis: & Augustum splendida Roma tulit.*

*Quis fuit AUGUSTUS SAXO? fuit Unus in ORBE*

*PACIS, sic veræ Religionis amans.*

*Cur ita quis credat? testantur doctæ VIRO RUM*

*Scripta: fidem scriptis debet habere piis.*

*Testantur veri scriptores semper amantes:*

*Testatur MIRI mirus in ORBE labor.*

*His pia mens credat: siquidem fraus concidit omnis:*

*Concidit è medio, Sole probante, sinu.*

*Josaphat ille fuit verus: purgator Idoli*

*Romani, rigidi, Marte probante, LUP I.*

*Non coluit fictos Divos: sed dogmata CHRISTI*

*Amplexus, vericultor & ultor erat.*

*Quid TU Promotor, Defensor SAXO JOHANNES,*

*Marte & PACE potens? Josaphat alter eris.*

*A 2*

*Hoc*

*Hoc ego cur credam? ludebam carmine tali  
Anno præterito, SAXO MONARCHA potens;  
Venit lata dies: testantur JUBILA nostra:  
Ante DEI sedem JUBILA sancta sonant.  
JUBILA sancta sonant TE Authore Monarcha per orbem  
CHRISTUS ubi dextrè, sic sine felle viret.  
Non ergò immeritò PATRIÆ PATER. Ipse vocaris:  
Comprobat id sanctum Religionis opus.  
Ergò nil obstant laudes? nil. Orbis & Orcus  
Cedat; sic cecinit cantica turba DEI.  
Sic cecinit quando sævi, juga dura, Tyranni  
Evafit; felix est quoq; nostra dies.  
Cur quæso? pereunt fædi documenta Papatus:  
Hinc Paradisiacus gaudet, ovatq; Chorus.  
Sic gaudent meritò pueri, juvenesq; senesq;  
Dùm nòrunt rabidi, dogmata falsa, LUPI.  
Ergò letemur, TE salvo SAXO MONARCHA  
Qui curas puram dexteritate Fidem  
Corpus ubi in cineres cùm longa redegerit ætas  
Gloria VIRTUTIS laude superstes erit.  
Laude superstes ova; pro Libertate triumphos  
Exere; sit fame lausq; decusq; tuæ.  
Fama mori nescit: vivit post funera VIRTUS:  
Imperii maneat firma columna sacri.  
Sic nobis redeat lux felix; tristia cessent  
Exilia, & præda sollicitusq; timor.  
Finis adest voti: sed non sit finis amoris  
Horum qui curant Religionis opus.*

*Reli-*

*Religionis opus, quod simplex comprobat usus  
Annos per multos, dexter ubiq; labor.  
Ergò quòd restat; Soles benè, sèpè recurrant  
SAXO tibi, RUTAE, SAXONICOQUE solo.*

## ALIUD.

**Q**uicumque ille fuit (quis enim non proferat  
istud?)

De TE SAXO suo protulit ista stylo;  
*Quid faciam? num bella geram nunc, numve quiescam?  
Certa est utrovis nostra ruina modo.*

Sis fortis, constans; ne cures verba malorum:  
Ne cures talis, somnia vana, Viri.

Pro grege sollicitè CHRISTI pugnare memento:  
Et fidas *Dextra* nocte, dieq; DEI.

Ille potens, SOLUS cœli terræq; Monarcha  
Defendet causam, CHRISTUS UBIQUE tuam.

Exmineo vehemens Holofernes concidit istus  
Sic Deus exiguis perdere magna solet.

Defendet proceres, qui dextrè dogmata curant  
Sacra, nec in vano consilio illa locant.

Hæc ubi flore bunt fidis nova gaudia surgent;  
Autumno certè tempore poma legent.


### In Symbolum:

### SCOPUS VITÆ MEÆ CHRISTUS.

A 3

CHRISTUS

**C**HRISTE mea vita (non me pudet ista fateri)  
 Es firmus stabilis semper in ORBE scopus.  
 TE SO LUM spectro: TE SO LUM semper adoro:  
 Tu mihi præ Papâ portus & aura manes.  
 Sic quoq; præ reliquis, quos gloria tollit inanis  
 In mundo; certè SO LUS U BI QUE sapis.  
 Hoc retinens constans, constanter bella pericla  
 Pro TE, MAGNE DEUS, mille subire juvat.



### COROLLARIA.

**E**Ccius, qui tamen acerrimus B. Lutheri hostis fuit, coram  
 VWilhelmo, Duce Bavarico, ingenuè confessus est:

- Ex Patribus quidem Lutheranam Religionem quodammodo refutari posse, sed non ex sacris Scripturis.

Item:

O mein Gigas / (spricht Geor. Fabricius) wie vn-  
 recht habe ich bissher von dem lieben Vater Luthero ju-  
 diciret: Er ist der rechte Mann / ein ander sey auch  
 wer er kan.

### ALIUD:

Dum placeas CHRISTO, facilis jactura potentum est:  
 Latius Imperium Cæsare CHRISTUS habet.

(Joh. Major in suis Elegiis.)

Omnia si perdas, CHRISTUM servare memento;  
 Hoc semel amisso, vita salusq; cadit.

(Christum lieb haben / ist besser denn alles wissen.)

Gut

Gut verlohren / nichts verlohren /  
Muth verlohren / halb verlohren /  
Ehr verlohren / viel verlohren /  
Gott verlohren / alls verlohren.

Da Anno 1561. Churf. Durchl. Augusti Frau  
Mutter zu Torgaw gestorben / hat sie vor ihrem Ende  
mit diesen Worten sich vernehmen lassen: Ich wil  
an meinem **HERRN** Christo klebend blei-  
ben / wie eine Klette am Rock.

Da nun diese sehnliche Wort dem löblichen Chur-  
fürsten angezeigt worden / hat Er zum frommen al-  
ten D. Johann Neven / vnd zu mir (spricht D. Sel-  
neccerus /) der ich damals darben gewesen / gesagt:  
Gott helffe mir auch also an meinem letz-  
ten Ende / Ich wil auch durch seine Gna-  
de an ihme kleben / vnd meinen **HERRN**  
Christum bekennen / Er las mich im ewi-  
gen Leben nur seinen Schuchhader  
seyn / so hab ich genug.

Chr. Cap. 27. v. 3.

Wer vom rechten Glauben abfelle: um vnrechten Glauben / diesen hat Gott zum Schwerdt verdampft.

Darumb:

Fallet nicht vom **HERRN** / Num. 14 / 9.

**E N D E**

107443

mc



ULB Halle  
003 004 848

3



1077





*Qd. 31,45.*

V c  
3443

*Serenissim*

*Domino,*

JO

NI

Duci S  
Montium  
Electori: La  
gravio Ma  
Dom

ivia &  
schallo ac  
Misnia : Burg-  
avensburg,  
Cle-

*Plè, trlfl*

VDIVM.

AVDente.

te tMentes.

GEOR  
my

Lytho-  
tore.

JOH

1631.

ZELIUS

